



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma altera ad idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

per auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, Vos rogamus, requirimus pariter, & monemus, quatenus crastina die, quæ erit dies Dominica tanta eiusdem mensis, dum Missarum celebrabuntur solemnia, populū alta voce, & intelligibili moneatis, quod die præfata Dominica, sint in prædicta Ecclesia cathedrali, hora qua Missa maior cōsuevit ibi aliàs celebrari, vlturi, & audituri, quod ad fidem pertinet orthodoxam: adijcetes quod nos suspendimus omnes alios sermones generaliter illa die, & cōferimus auctoritate Apostolica quadraginta dierum de indulgentia, ad sermonem nostrum cōfluentibus antedictum. Datum, & c.

Et silentium ea die alijs prædicatorib. indicere.

49 *Disponat Inquisitor ita, quod sabbatho ante, dicta littera Ecclesiarum rectoribus præsententur, & sequenti die, scilicet in crastinum, quæ est dies Dominica, faciat prædictam monitionem, pro alia die Dominica, tunc immediatè sequenti.*

† *Vox hispanica, qua significat chirographū breui, cōprehensum sermonem*

Poterit ipse inquisitor etiam, si vult, litteras præmittere antedictas, & die Dominica, de mane dictis curatis mittere paruas cedulas tenoris sequentis.

Forma altera ad idem.

SIGNIFICAMVS Vobis, quod nos proponimus Domino disponente, Dominica die immediatè sequenti in Ecclesia cathedrali, de fide sermonem facere generalè: quare hodie in Missa rogamus, & volumus, quod populū moneatis, quatenus veniant ad sermonem. Nos enim suspendimus pro illa die omnes sermones, & cōferimus indulgentiam quadraginta dierum ad sermonem nostrum venientibus antedictum.

Eadem die seu in crastinum intimet Inquisitor hereticorum per nuntium, seu per cedulam præfatis tibus, in domibus religiosorum, quod Inquisitor Dominica sequenti immediatè sermonem faciet generalem, quare non oportet se ad sermonem aliquem præparare.

Adveniente autem sabbatho sequenti, mandabit Inquisitor per nuntium, seu cedulam prædictis præfatis tibus in domibus religiosorum, quatenus de qualibet religione tot, scilicet duo, vel quatuor ad sermonem veniant generalem.

Die autè Dominica assignata, faciet Inquisitor sermonem generalem, loquendo de fide, eandè commendando, & ad eius defensionem, & hereticæ pravitatis extirpationem populū inducendo: tandè factò sermone monebit populū verbo: Quod si sciuerint aliquem dixisse, vel egisse aliqua contra fidem, seu tenere aliquem errorem, quod debeant Inquisitori reuelare, qui potest prodesse, & non obesse, & aliqua verba similia in effectu concludendo, quod licet ipse Inquisitor bene præsumat quod reuelabit, quicquid sciuerint de prædictis: tamen vt ipsi talia scientes magis apud homines excusentur, & apud Deum de obedientia mereantur, q̄ ipse eis præcipiet, & eos monebit canonicè (vt est iuris) & et fieri cōsuevit.

Quibus dictis ipse Inquisitor faciet legi publicè alta voce, & intelligibili, & in vulgari, per suū notarium, vel aliquem clericum, vel religiosum, in ambone iuxta se existentem, litteras admonitorias tenoris sequentis.

Amonicio de reuelatione hereticorum faciendā.

Et ex singulis religionibus, aliquos sermoni suo adesse iubere.

Forma admonitionis in sermone generali de hereticis reuelandis.



VM nos frater N. ordinis fratrum Prædicatorum in regno, & terris Illustrissimi domini talis ditioni subiectis, Inquisitor hereticæ prauitatis, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus, per varios processus prædecessorum nostrorum, & narratione vulgata, ac

per propriam experientiam aliorum inuenimus, & de cætero nonnullas personas pestiferas Christi, & Ecclesiæ, ac verius sanctæ fidei inimicas, antiqui serpentis veneno hæresis esse infectas, vulpinis caudis intricatis, sanctitatis specie, & habitu obfuscatas, in varijs ciuitatibus atq; locis huius patriæ, & regnorum, temporibus retroactis, vineam Domini Sabbatho discurrerent, ac pariter deuasantes, voce nefaria Deum deorū in Sion blasphemantes; & probabiliter tunc ac reuolutis visceribus tremamus, iam tale venenum multorum præcordia infecisse: Ea propter nos plenè desiderijs affectantes, periculosis

corum insulibus totis nostris conatibus obviare, auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis præcipimus, mandamus, & mandando requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, ac peremptoriè, vniuersos, & singulos tam clericos, quàm laicos, tam regulares, quàm sæculares, cuiuscunque conditionis, gradus, status, ordinis, religionis, ac dignitatis existant, qui sunt infra terminos huius talis ciuitatis, ac loci, & circumquaque illam, per vniuersam, & ad quos hæc nostra præfata mentio peruenit, & mandatum, quatenus infra sex dies proximè computandos, quorū primos duos

pro primo, & reliquos duos primis duobus terminis, & peremptoriè, ac trina monitione canonica assignamus: nobis reuelent, si sciuerint, viderint, vel audierint aliquam personam esse hereticam, diffamatam de hæresi, seu suspectam, aut loquentem contra articulos fidei, vel Ecclesiæ sacramenta, aut aliàs vita, & moribus a communi conuersatione fidelium dissidentem, seu demonibus inuocando sacrificantem. Si autem (qd̄ Deus auertat) aliquis suæ salutis immemor extiterit, præfatis nostris mandatis, & monitis non parendo, ea quæ iussimus non complendo, sciat se excommunicationis vinculo innodatum: quia

excommunicationis sententiam Nos frater N. Inquisitor præfatus cōtra tales nobis rebelles, & inobedientes, immo reuera domino nostro Papæ, & Ecclesiæ sanctæ Dei, eorū contumacia cingente, inobediētia requitente, & iustitia postulare nunc vt extunc, & tunc vt exnunc ferimus in his scriptis: absolutiones a dictis sententijs, si forsitan aliqui incurrerint, nobis seu domino nostro Papæ tantummodo referuantes. Datum, & c.

Forma